



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Habacvc Propheta

Habakuk

Argentorati, 1526

VD16 B 3952

Relinquis homines, ueluti, pisces maris, acueluti uermiculos siue reptilia,
quibus non est dominator.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35974

C
lue
nos
oles,
Mo
Core
tius
co-
ani-
ospe
.hoc
egio-
im fie
scle
parit,
diffi-
onos,
es de-
q; ab
t tan-
ro cō
beanc
stan-
ciuus
tri
se quā
naris
terbis

ANNOTATIONES.

uerbis Habacuc recitat. Tum uictoriā eius oportet
esse Dei eius. Ea demum uera filiorum Dei crux est,
talem esse tribulationem eorum oportet, ut ueluti, iniui-
sti sic cumbant ac iuxta uideant hostes suos de se tri-
phum ducere, et ad hæc deo gloriari. Id quod Christus Iohannis. 16. prædixit. Venit hora, ut quicunque
nos occiderit, arbitretur obsequium se præstare Deo.
In hunc modum Christus in cruce tractabatur. Illic ue-
ro alta et profunda Dei sapientia abscondita est. Ibi
in sanctis suis, immo et hostibus, admirandus conspi-
etur. Quæ omnia tum rationem, tum humani inge-
nij experientiam superant.

Relinquis homines, ueluti, pisces ma-
ris, ac ueluti uermiculos siue reptilia,
quibus non est dominator.

Hæc luctantis adhuc fidei, De impiorum Babylo-
niorum fortuna, qua cæteris terris et populis noxijs
sunt, Querimonia est. Qui uero piscium in mari
transitus duce, regimine, ordine, carent, aduersus
quenquam tuendi sese, natant enim et hincinde ferun-
tur, qui capit, capit, qui præchensat, præhensat. Nemo
est qui arceat aut defendat, ut eiusmodi pisces nihil
aliud sint, quam possum ob oculos deuoratorum præ-
da. Homines capiunt ac deuorant, maiores pisces et ui-
per deuorant, Aquilæ, Miliij et hoc genus aues de-
uorant, Castores, et alia id genus animantia deuo-
rant

Cap.I. M. L V T H. IN H A B A C V C

rant miseros pisciculos. Cibus tantummodo sunt, tan-
hominum, quam avium, bestiarum & belluarum.
Eiusmodi sīnis omneis terras & populos Chaldeis
se, ut capiant, edant, ac deuorent duntaxat. Anne mole-
stū est, impuris, tā impijs, sceleratis, omnes puras &
pias regiones ceu culinarios pisces, quos capiant, exen-
terent, uorent pro sua libidine, esse debere? quemad-
modum & Paulus Gnomē Psalterij adducit. In dies
singulos propter temorimur, Aestimati sumus, sicut
oues que ad uictimam ducuntur. Alterum quod ait,
uelut reptilia quibus non est dominator, idem est cum
priore. Non enim de reptilibus terre, sed maris mihi
loqui uidetur. (Remes) nanque Hebreis est, qui-
quid reptit ac serpit, quod ego uermes dico, quanquam
angustior eius uocis natura sit, quam ut illa complecti
quicat, sed aliud nobis non est. Solemus enim dicere uel
go. Es krymmelt und uyym melt, reptat & uerminat.
Et Habacuc hæc addit ut ostendat, de quibus ipse pis-
ibus loquatur, puta de minoribus qui omneis miseri, &
gā suos deuoratores, uermiculi sunt. In expedito enim
hominibus sunt, aduncæ acus, plague, sagede, han-
sportæ, nassæ, & nihil non uasorum, quibus capian-
dein & edant pisces, præterquam quos aues & ma-
res pisces, rostris & unguis suis rapiunt ac deuoran-
ti. Hi omnes duce carent ac domino. Id est, non est inter
illos ordo, nesciunt, cui se credant, sed perpetuo hinc
inde errant, aliorum tantum præda ac alimonie.

Omnis